

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

II. Iohan. Trithem. Abbas Spanhemensis, Svis Charissimis in Christo filiis,
Priori & Conuentui in Spanhem, salutem & synceram in Domino
charitatem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

Tritthen

Opera
Historia

438

EPISTOLÆ FAMILIARES

IOHANNIS TRITHEMII
ABBATIS SPANHEIMENSIS EPISTO-
LARVM FAMILIARIVM LIBER PRIMVS, AD IACOBVM
TRITHEMIVM DVLCISSIMVM FRATREM.

I.

IOANNES TRITHEMIVS ABBAS MONASTERII S. IACOBI APO-
stoli Heribolensis, Iacobo Trithemio fratri dulcissimo Salutem.



PORTVNE satis admonuisti, suauissime frater, vt epistolas nostrarum testes calamitatum, quas à die nostri de Spanhem exitus familiariter emisisse nos constat, vsque in illum dī, quo hanc D. Iacobi Abbatiam suscepimus gubernandam, in vnum reuocemus volumen, tibique vnde memoriam nostri semper ad manum habeas transmittamus. Quid te vt ista peteres à nobis impulerit, rationabiliter addidisti: quod impossibile nemo dicturus est, senescentem properare in occasum: mundum prior exiturus, qui prior intrauit. Cum ergo nobis fraternalitatis necessitudine sis coniunctus, nihil tibi possumus denegare, cum id maxime petas, quod ratione minime carer honestatis. Accipe nunc igitur testem in te nostri amoris, vltimum hunc Spanhemensem nostrarum librum epistolarum, quo cauam habecas penes te nostri sedulo memorandi, & tuae, si quid nostra valent, consolationis. Te gaudemus habere superstitem, nostrorumque studiorum h̄eredem, vt quibus dissolui, orpore quidem necessarium, tecum viuere post fata saltem memoria contingat. Quamvis exiguae admodum aestimationis apud nos sit, memoriam posteritati commendare, cuius neque laudis neque vituperij ratio pertingere potest ad mortuum. Vnum hoc satum ingressi petimus ab te, vt quoties Deo ministras in altari, supplex nostri memoriam interponas. Iuuabit mentem à consummatione purgationis dilatam (non dubitamus) si tu purificatus hostiam pro ea salutarem obuleris. Vale nostri memor ad Deum. Ex monasterio nostro D. Iacobi maioris in suburbio Heribolensi, quarta die mensis Nouembris. Anno Christianorum M.D.VI.

II.

IOHAN. TRITHEM. ABBAS SPANHEMENSIS, SVIS CHA-
rissimis in Christo filiis, Priori & Conuentui in Spanhem, salutem &
synceram in Domino charitatem.

* Heydel-
berg.

* Hund-
rucker.

NON A dic mensis Aprilis venit ad nos Budorim * frater Theodericus monachus, nuncium perferens non satis iucundum, cuius facti haud mediocriter suimur batii, propterea vel maxime, quod nullus vestrum se temeritati satellitum malignorum opposuit, nullus contradixit. Quis mihi succenscat, fratres mei, si quos vestrum tantæ patratæ in nos temeritatis & confisos & contentaneos esse suspicemur? Ad suspicioneis conspirat argumentum, quod non solum nullus vestrum vices interposuit, sed ne faciat quidem nimis temerarium denunciare nobis quisquam vestrum cogitauit. Scimus etiam quosdam è vobis interfuisse præludio, quādo primum temeritatis ministri contractis foribus in domesticos irruerunt, iussisque abire nostrorum risus contumeliam. O pernicioſa imperitorum semper ignavia: quantum tenui ex ortu calamitatem desolatoremque Reipublice neglectu inducere consueisti. Et reuera, fratres, graniter in hoc leſi, vehementer timemus hanc præumptionem non minus vobis & monasterio pauperi, quam nobis breui nocitaram. Causas enim latentes in me odij Cynonofan * certe non ignoror: nec potero illius amare imperium, qui mihi sine causa contra iustitiam adueratur. Quanquam nec dum mihi satis constare possit, cuius mandato urgente talia in nostros fuerint attentata. Non enim facile possum induci vt credam Principem Ultrasylvanum talia in nos fulminasse decreta. Qui eti forsitan Battologorum aduersum nos fidem adhibuit iniquis delationibus, nunquid propterea nostrum philosophandi fanum propositum deseremus? aut propter vnius odium hominis sacrarū intermittemus studia literarū? Qui nascitur ad avaritiā, diuitias anxius cogitet: nos ad literas natūsum, sa-

cra

LAES
RITHEMII
ENSIS EPISTO
LIMVS, AD IACOBVM
M FRATREM

ASTERII S. IACOBI A.D.
ri dulcissimo Salutem.

auissime frater, vt epistola nostra
e nostri de Spanhem exiit familia
in illum dñe, quo haec D. Iacobus
n, in vnum reuocemus volumen,
emper ad manum habeat translatio-
nibus impulerit, rationabilius al-
laturus est, seneccentem proprae-
tibus, qui prior intravit. Cum ergo
ibi possumus denegare, cum id me-
Accipe nunc iugur testem in eoso
m librum epistolarum, quo cauam
ad nostra valent, consolationis. Te
cum hædem, vt quibus dispoli or-
em memoria contingat. Quia
moriam posteritati commendare,
rest ad mortuum. Vnum heret
in altari, supplex noltri memori-
gationis dilatam (non dubitemus)
le nostri memor ad Deum. Erno 10
bolensi, quarta die mensis Novem-

*EMENSIS, SVIS CHA
n Spankem, salutem &
1700.*

* frater Theodericus monichus,
facti hand medio critere fulmatus;
emeritati satellitum malorum
fratres mei , si quos vestrum
eos esse suspicemur? Ad hispe-
strum vices interpolauit, sed non
uisquam vestrum cogitat. Si-
o primum temeritatis ministrum
nostrorum risus contumeliam.
Qui ex ortu calamitatem dolito-
Et reuera, fratres, graniter in huc
inus vobis & monasterio papet,
me odij Cynon, non* cere as-
sine causa contra iustitiam ad-
uius mandato urgente talia no-
ti et credam Principem Virgilio-
an Battologorum aduersum nos
area nostrum philologandi in-
hominis sacrarum intermittemus
cogite: nos ad literas natus sumus.
174

IOANNIS TRITHEMI.

419

cra librorum oblectamenta sequemur. Nobis in hac mortalitate constitutis nihil aliud
est viuere, quam vera sapientia studio insudare. Propterea si alterum oporteat, Abbatia
potius, quam literarum studio valedicemus. Interea, fratres charissimi, ne propter absen-
tiam nostri status monasterij grauius perturbetur, vnuquisque vestrum ordinem suum
& officium diligenter intucatur commissum, quoque deliberemus melius, quid nobis
in hac turbatione vitiliter sit agendum. Abbatii Speciosi montis*, non satis pulchre
Saturni motum sequenti, gratias agimus, non habemus. Ipse enim principialis omnium
in nos malorum est causa, ministros celeris in nostros prouocans, à quibus nec laetus
est vnuquam, nec eriam laeti potuisse. Quid ad innoxios familiares nostros, quod minas
10 ipse timuit exterorum? quasi desint nobis auxilia principum, quos non minus lingua pro-
cax, & intemperata senis proterua offendit. Moramur autem terenissimum principem
Philippum, iam quidem absentem & necessario expectamus: in cuius arbitrio confere-
mus omne quod nobis molestum occurrit. Non enim agemus quicquam in hac turbatione
nostra sine mirissimi principis consilio, cuius fauor & clementia pueris sparsis in nos
odium protulcauit. Valetè ex Budori oppido principis Palatini, decima die mensis Apri-
lis. Anno Christianorum M.D.V.

IUL

20 JOANNES TRITHE. ABBAS SPANHEM. IACOBO TRITHE-
mio, artium & philosophie Doctori, dulcis filiatri S.

VENI nos temeritas amulorum præsumpsit, relatione fratris Theoderici cognoui-
mus. Tu videoas cura, ut libros nostros & res tibi commissas, rōr rēquias uelā nōc, custodi-
as, x̄p̄ tōr p̄us nōp̄as tōr p̄at̄ēas nōt̄ip̄as. Non enim cogitamus redire ad Spanheim, nisi hanc
contumeliam nobis & nostris illatam sine demerito, ad noticiam deduxerimus pluri-
morum. Claves rerum nostrarum tōr p̄us nōp̄as uelā, quas fidei tuæ in exitu nostro, cum
nihil suspicaremur aduersi, commisimus, nulli sine nostra tradas commissione. Tene-
mur enim suspicione vehementi quorundam in nos fratum conspirationis, Prioris ma-
xime & alterius, cui semper fuit infensus. Tu autem, frater dulcis, nihil mouere his ma-
liis; si tamen mala dicenda sunt, per quæ nobis iter in Deum paratur: experimento cognos-
cent se ludum inchoasse non puerilem, cum ipsi tandem in laqueum ceciderint quem
nobis parauerunt. Frater Theodericus, qui nostras ad te perferr literas, quādam à nobis
acceptis in mandatis, cui & fidem credulitatis adhibeas, & auxilium impendas. Eum
namque inter nostros alienigenam nobis inuenimus fidelem, qui & vicem nostram do-
leat, & quicquid inscrimius libens exequatur. Vale. Ex Buri decima die mensis Aprilis.
Anno Christianorum M.D.V.

III.

AD PRIOREM SVVM IN SPANHEIM, FRATREM NICOLAUM Remittum. &c.

Ver vs in me proverbiū diuina permittente proutidentia impletum est: *Nigella tala-
mitas sola.* Potestas aduersario data est in nos feniendi, nec pepercit, exemplo nos in-
nocentis primum spoliās, rebus, amicis, & filiis quos parturiuimus in Domino, ac dein-
de corpus nunc varijs dilacerans plagijs: menem solam (nobis) Dei miseratione assisten-
te nullatenus penetrabit. Iacemus hic febribus grauiiter afflicti, turgentibusq; vlerib; ple-
ni, à nostris desolati, & (quod est grauius) in oprobrium & fabulā aduersarijs literarum si-
ne causa expositi. Nemo nos ex charis nostris omnibus consolatur, nemo veterum ami-
corum nostrorum longe absentium nos visitat, nemo dolentibus nobis compatitur. Sed
50 tu Domine Deus misericordia & misericors resuisti me, & retribua eis, non malum pro ma-
lo (hoc enim per verbum tuum nobis interdictum est) sed in bono te iuante vincam malum,
vt facias quod discipulis suis verbum tuum inimicis persequebitur faciendum q; re-
atissime indixit. Erit enim mili te miserante, hac in modorum temporalium obiectio
ad salutē, si foris patiente contumelias & infirmitates corporisculo, mēs circa interiorū stu-
dia immobilis perseueret. Ad labores natū me scio, & per multas tribulationes ad eā sum
rediturus, à quo per inobedientiam recessi. Ego cōram Deo forsitan q; merui patior, illi
autem qui me persequeuntur innoxium, viderint quo zelo moueantur. Alīud est quod
estimatione nostri ore proferunt, atque aliud quod mente cognouerunt. Sed de his alie-